Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De vita Francisci Xaverii, qui primus e Societate Jesu in Indiam & Japoniam Evangelium invexit - Cod. Ettenheim-Münster 188

Torsellini, Orazio

[S.l.], nach 1607

Caput XII.

urn:nbn:de:bsz:31-115990

Visual Library

sequebantur. Nec solertior in quaerendis Christo gregibus, quam in tuendis, existit. Ut neophytorum disciplina etiam post suum discessum maneret, discedens in singulis pagis non tantum Christianae institutionis exemplum relinquebat, sed eius ante meridianis ac pomeridianis horis exercendae rationem moderatoremque. Interea ab Indis mediterraneis ferme abstinebat, (Indi mediterranei minime apti ad Christi religionem) satis gnarus, oram maritimam, in qua Lusitani imperarent, longe opportuniorem esse ad capessendam tuendamque Christi fidem, quam interiora Indiae, quae Brachmanes, acerrimi nostrae religionis hostes, obtinerent. Ita viatim totam illam maritimas obibat regiones, plurimos ubique Christianis sacris ac praeceptis imbuens. Iamque omnes prope Macuanum Paravarumque pagi, Xaverio auctore, sumere Christianismum acceperant, iussumque cum haec fama in adjacentes insulas perlata, Manarios, vicinos populos ad aemulandas eorum pietates excitavit.

Neophyti pro religione caesi Christianum nomen illustrant

Cap: XXI.

Manaria parva insula est e regione orae Piscariae, millia passuum a continenti circiter CL. In ea Patim pagus erat tum obscurus, nunc incolarum martyrio nobilis. Huius pagi incolas ingens cupido Christianae religionis incessit, de qua simul et de Xaverio Comorinensibusque multa egregia ad eos pertulerat rumor. Itaque eo Xaverius summis Manariorum precibus baptismi causa evocatur. Verum cum gravissimis religionis negotiis implicatus, eo ipse ire non posset, sacerdotem quendam suo loco misit, qui Catechismo institutos baptismo ablueret.

Baptismo

Baptismum gravis sed utilis procella excepit. Quip
pe Rex Jafanapatania, in cuius ditione insula
est, Christiani nominis odio barbaram ferociã
stimulante, sic exarsit ira, ut, immissã militũ
manu, pagum omnē ferro flammáque vastaret.
Caesi dicuntur pro religione amplius DC. Ista ve
ro ipsa illa solitudo recenti cruore effudit martyrũ
flores. Ex eo, Pagus martyrum, loco nomen
factum. Opportunè per eos dies Jafanapatani
ci Regis germanus, idemq; regni haeres, fraternã
rabiem veritus, ad Indiae Praetorem confugerat,
si in regnum paternum Lusitanis armis restitu
tus foret, semet una Regni proceribus, maximáq;
popularium suorum parte, Christiana suscep
turum sacra promittens. Praetor simul augen
dae religionis studio, simul innocentium caede
motus, quam fama audierat, ingentem in ty
rannum iram concepit. Protinus itaque ad Nega

Negapatanũ oppidum

patanum (id quod oppidum maritimum in con
tinenti est ferè contra insulam Manarium, à Como
rino promontorio passuum millia circiter CC.)
validam adornari classem, Jafanapatanium Re
gem bello peti, victum captumq; interfici, aut
ad Francisci arbitrium tractari, Regnum Regis
germano restitui jubet. Interea dum Cocini esset
Xaverius, eò praesens affertur laetitia, Ethnicos
ad plurimos nuper in remotissimo Macazariae

Macazaria insula.

Regno Christianis esse mysterijs imbutos. Maca
zaria ingens insula ultra Indiam flumenque
Gangem est amplius decies centena millia pas
suum à Moluccis insulis in Orientem circiter
CXXX. In eo Regno Dynastae tres, aliiq; quam
plurimi è populo, nuper ad Christi fidem pertra
cti, per Lusitanum mercatorem, pellecti, bap
tizati fuerant; Deo etiam per institores pie
tatique favente; Evangelium

Euangelium inuehente. Itaque ad urbem Lusita
norum, Malacam nomine, certos legauerant ho
mines, postulatum Sacerdotes, à quibus ad Christia
nam religionem erudirentur. In mandatis illud fuit,
se Christi initiatos sacris summâ que anniserunt,
ut quibus ad tempus secundum uixissent ritu, propter
hominum uitam uiuerent, & simul Deum colerent
castè pieque. Inuitia Præfectus urbis, probatis
eorum postulatis, Sacerdotes aliquot eò con
cesserunt. Franciscus etsi haud dubius quin illi
nauaturi forent egregiam rei Christianæ operam,
tamen ipse quoque in parte laboris esse ca
petiuit ratus in tam amplo Regno magnum
esse campum; et ad Euangelium dissemina
dum colendumque, industriam requiri multorum.
Eisdem ferme diebus tristes quidem primâ
specie nuntii, sed euentu læti, ex Ceilano insulâ
perferuntur. Dynasta eius regni præcipuus, idemque
Regis filius natu maior, Lusitanorum si lingua
non melius magis quam Euangelii institutor
erant:/ orationes commotus, unà cum aliis
multis decreuerat fieri Christianus. Id Rex Bar
barus ubi rescivit, instinctus rabie, filium suum
cæterosque eiusdem consilii participes (: ad — Regis filius cum aliis DC pro religione interficiuntur
DC. fuisse ferunt:/ propalam trucidari iussit.
Cæterum baptismi hostis suis illos sanguine bapti
zauit, et Christianam religionem, dum opprimere
conatus, erexit. Satis constat, sub idem tempus vulgò — Crucis prodigia
ab incolis uisam esse igneam in cælo crucem: eo
demque in loco, ubi cædes facta est, fatiscente terra,
haud dubiam crucis figuram notatam; sæpiusque ab
Ethnicis injecta oppressam humo, tamen extitisse.
Itaque hic prodigiis moti plures incolarum, atque
inter hos Regis ipsius filius natu minor, unà cum
sobrino suo, et aliquot cohortis regiæ Principibus
ad Christi